

[I m 2]

istius contemplacionis deiectus est dicens sic continuando:
 Iste qui tanta contemplacione uigebat (24) NUNC id est in
 presenti dolore IACET id est prostratus est EFFETO id est
 euacuato LUMINE MENTIS id est priuatus est contemplacione
 sapiencie que mentem illuminat (25) ET PRESSUS COLLA id est
 habens colla pressa GRAVIBUS CATHENIS id est motibus
 affectionum ad ista terrena que mentem aggrauant (26) GERENSQUE
 DECLIUEM VULTUM id est uoluntatem ad ista terrena inclinatam
 64 PONDERE id est doloris amissionis temporalium (27) COGITUR
 CERNERE id est totali mente ferri IN STOLIDAM TERRAM quia
 stolidos efficit homines uel est ypalage: COGITUR CERNERE
 STOLIDAM TERRAM id est ipse effectus stolidus cogitur cernere
 terram. Et inde dicendum est HEU id est de hoc est dolendum.

[I p 2]

(1) SED MEDICINE etc.¹ Prosa secunda.² Postquam inducta
 est persona consolacione indigens et persona consolacionem
 afferens, hic agit de ipsa consolacione ubi sciendum³ quod
 tristicia est sicut quedam infirmitas animi; consolacio uero
 est sicut quedam medicina eiusdem. Ideo Philosophia se gerit
 per modum medici et Boecius per modum infirmi. Scribitur autem⁴

64 dolore O /1 etc, R est J om. OP / 2 secunda R prim J / 3 sicud J /4 quod J /

ista consolacio per modum didascalicum. Tria enim sunt genera scribendi collatiue scilicet narratiuum,⁵ dragmaticum, didascalicum. Narratiuum est quod fit⁶ continua narracione inter loquentem et audientem et illud genus seruatur in epistulis; dragmaticum quod uertitur inter interrogantem et respondentem sicut fit in quibusdam dialogis Ciceronis. Dragma⁷ enim est interrogacio. Didascalicum est quod uertitur inter magistrum et discipulum et iste modus obseruatur hic, quia Philosophia se habet ut magister uel didascalus quod idem est, Boecius uero ut discipulus. Circa primum considerandum quod, quia secundum qualitatem morbi oportet esse qualitatem medicine, oportet quod prius cognoscatur morbus quam medicina adhibeatur. Et ideo Philosophia primo inuestigat qualitatem morbi Boecii. Secundo agit de adhibicione remedii libro secundo ibi (p 1, 1) POST HEC PAULISPER OBTICUIT.⁸ Circa primum duo facit. Primo enim inquirit istius morbi condicionem, secundo eius causalem rationem prosa sexta ibi PRIMUM IGITUR PATERIS. Circa primum considerandum quod morbus aliquis cognoscitur dupliciter: una modo per signa sicut medicus per urinam et pulsum et alia signa cognoscit morbum aliquem, alio modo per insinuacionem illius qui patitur qui

5 narratiuumRP narracio J / 6 fit RP sit J / 7 dragma RO
dragmaticum P dogma J / 8 obticuit RO obtainuit J pm. P' /

[I p 2]

indicat locum in quo et modum quo patitur. Et est primus respectu secundi imperfectus et indeterminatus. Primo ergo inquirit modum infirmitatis sue ex quibusdam signis, secundo ex reuelacione ipsius patientis prosa quarta ibi SENTISNE,⁹ INQUIT. Circa primum duo facit. Primo enim ex signis modum morbi inuestigat. Secundo, ne desperet de salute, ipsum confortat ibi (9) CUMQUE ME NON MODO TACITUM. Sciendum autem quia, sicut patet ex hiis que sequuntur, Boecius paciebatur letargiam spiritualem. Est enim letargia, sicut dicit Isidorus Ethymologiarum libro quarto, capitulo de acutis morbis,¹⁰ oppressio cerebri cum obliuione in sompno iugi. Unde quia Boecius habuit rationem oppressam tristicia eciam sui obliuionem paciebatur quantum ad illud quod melius erat in eo. Homo enim constat ex anima et corpore, et secundum corpus quidem mortalis est: secundum animam uero immortalis. Ex quo patet quod anima est prestancior corpore et ideo qui uere recolit se habere animam immortalem plus curat de bonis anime quam corporis. Unde, ex quo tota cura Boecii fuit circa bona corporis, patet quod oblitus erat sui quantum ad illud quod melius erat in eo.¹¹ Quando autem homo alicuius rei oblitus est, cum fuerit super hoc requisitus, statim stupet et ex tali stupore tacet et ideo

a IV, vi10 secundo m. o / 12 et o /

9 sentisne RPO sentis me J / A 11 sciendum RPO sicud J /
13 erat RPO om. sed est (e') in mg. suppl. J /

signum obliuionis et letargie est stupor in requisicionem
 alicuius oblii. Et ideo per istud signum inquisiuit
 Philosophia modum infirmitatis Boecii. Dicit ergo primo
 continuando se ad precedencia: ita dixi quod dolendum erat
 de perturbacione tanti uiri SED TEMPUS EST magis MEDICINE
 QUAM QUERELE. (2) TUM VERO TOTIS LUMINIBUS IN ME INTENTA
 nota diligenciam eius, quia bonus medicus diligenter considerare
 debet faciem infirmi eo, quod ibi magis apparent signa
 prognosticacionis (3) TUNE ES, INQUIT requirit eum ¹⁴ de
 cognitione sui ut percipiat uigorem memorie eius (3-4) ILLE
 QUI QUONDAM NOSTRO LACTE NUTRITUS quantum ad sciencias
¹⁵
 sermocinales quibus iuuenes et nouelli instruuntur (4) NOSTRIS
¹⁶ EDUCATUS ALIMENTIS quantum ad sciencias reales (4-5) IN ROBUR
 ANIMI VIRILIS EVASERAS id est perfectam sapienciam attigeras.
¹⁷
 Et statim respondet antipophore, quia posset Boecius dicere
 quod uerum est quod tecum nutritus fui sed nichil recepi a te
 unde me defenderem contra casus fortuitos. Ad hoc excludendum
 subiungit (5) ATQUI id est certe TALIA TIBI CONTULERAMUS ARMA
¹⁸
 id est sciencias que informant hominem uirtutibus quibus manet

¹⁴ eum RP enim J / ¹⁵ sermocinales RPO smoñales J / ¹⁶ educatis J,
¹⁷ antipophore RPO antiphop' J / ¹⁸ homine RD homines PPeJMO /

19

inuictus contra aduersitatem et prosperitatem. Unde subdit (6) QUE NISI PRIMOR ABIECISSES per negligenciam huiusmodi sciencias obliuioni tradendo aut non secundum eas operando INVICTA TE FIRMITATE TUERENTUR. (7) QUID TACES ? (7-8) PUDORE AN STUPORE SILUISTI ? Nota quod iste due passiones precipue creant taciturnitatem et racio est quia uerecundus fit homo ex eo quod manifestatur in eo aliquid quod uellet celari et ideo per
 20 uerecundiam immutantur omnia membra que sunt alicuius indicatiua ad disposicionem illam que est magis conueniens celacioni. Tunc oculi deprimuntur, facies auertitur, et lingua, ne loquendo indicet aliquid, ligatur. Stupor est passio perturbans fantasiam et ideo stupet homo in subitis de quibus non habuit ymaginacionem. Motus lingue ad loquendum est ex conformitate ad fantasiam. Fantasia autem turbata non stat in certo secundum quod possit
 21 motum lingue conformare et ideo tunc tacet. Quando autem homo reduciter ad ea que obliuioni tradidit propter defectum memorie, turbatur fantasia. Quia igitur taciturnitas proueniens ex 22 uerecundia non est ex aliquo defectu interiori sicut taciturnitas proueniens ex stupore, ideo subiungit Philosophia (8) MALLEM PUDORE SED TE UT VIDEO STUPOR OPPRESSIT. Et sic ex

19 subiungit O /

20 pro uerecundia O /

21 motum RPO motu J / 22 ex uerecundia . . . taciturnitas proueniens R (. . . illa que prouenit P) O om. J /

signo cognouit infirmitatem eius. Deinde cum dicit (9) CUMQUE
 ME confortat ²³ eum, ne de salute desperet. Et circa hoc duo
 facit. Primo enim confortat eum ipsam infirmitatem attenuando,
 secundo uiam recuperande salutis ostendendo ibi (14) RECORDABITUR.
 Dicit ergo Boecius (9) CUMQUE VIDISSET scilicet Philosophia ME
 NON MODO id est tantum modo TACITUM SED ELINGUEM tacitus enim
 potest esse aliquis quamvis habeat motum lingue cum plena
 potestate sed elinguis est qui non habet plenam potestatem
²⁴
²⁵ mouendi linguam ad loquendum. Unde quia Boecius pre stupore
 non habuit plenam potestatem mouendi linguam ad loquendum, ideo
 dicit se elinguem ADMOVIT PECTORI MEO LENITER MANUM ad modum
 prudentis medici qui inquirit spem curacionis. Sic Philosophia
 ADMOVIT PECTORI Boecii id est cogitacioni uel intencioni MANUM
 discrecionis ut temptaret si esset obstinatus quia tunc non
 esset spes curacionis. Et quia in Boecio non fuit talis
 obstinacio, ideo subiungit ipsum confortando (11) ET NICHIL,
 INQUIT, PERICLI EST et est attenuacio infirmitatis confortans
 infirmum. Dupliciter enim attenuatur infirmitas: uno modo si
 non sit periculosa, quia tunc est cura facilis; alio modo si non
 sit extranea sed communis, ut sit cura eius quasi communiter nota.
 Et quantum ad hoc attenuat morbum Boecii cum subiungit (12)

23 ne om. o / 24 plenam om. o/ 25 mouendi linguam] lingue o /

LETARGUM PATITUR MORBUM COMMUNEM non extraneum et ignotum
ILLUSARUM MENCIUM. Mens illusa dicitur cuius racio propter
defectum fantasie sicut in freneticis uel memorie sicut in
²⁶ letargicis ligatur et decipitur. Et quasi exponens illud quod
²⁷ supra dixit²⁸ (LETARGUM PATITUR) subiungit (13) SUI PAULISPER¹⁴
OBLITUS EST. Deinde cum dicit²⁹ (14) RECORDABITUR ostendit uiam
salutis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit modum quo
possit sanari. Secundo tollit impedimentum illius morbi cum
dicit (15) QUOD UT POSSIT. Igitur uera uia salutis ut reducatur
in cognitionem sui est ut ipse primo philosophiam cognoscat,
cuius racio est quia homo per philosophiam habet perfectam sui
³¹ cognitionem. Ad congoscendum autem illud quod per philosophiam
³² cognoscitur oportet primo cognoscere Philosophiam. Ideo
dicit (14) RECORDABITUR FACILE scilicet sui SI QUIDEM NOS
scilicet Philosophiam ANTE COGNOUERIT. Deinde cum dicit (15)
QUOD UT POSSIT remouet impedimentum illius curacionis. Impedimentum
³³ autem curacionis fuit ignorancia philosophie. Circa hoc autem
duo facit. Primo enim docet quomodo³⁴ Philosophia causam istius
ignorancie abstulit, secundo quomodo ipse Philosophiam cognouit

26 letargiis Q / 27 dixit OR dicit P dixi J / 28 subiungit sui OKP subiungi
dnt sui J / 29 facit om. Q / 30 modi Q / 31 sui perfectam cognicio-
nem Q / 32 cognoscit J / 33 autem om. Q / 34 quomodo in ag. J/

[I p 2]

35

metro tercio ibi TUNC ME DISCUSSA. Continuacio: sic dixi quod possit curari (14) SI NOS AGNOVERIT. QUOD UT POSSIT scilicet nos agnoscere (15) LUMINA EIUS id est rationem et intelligenciam (16) CALIGANCIA NUBE MORTALIUM RERUM id est obfuscata tenebris
effectui
 ignorancie que ex effectu rerum mortalium causatur TERGAMUS
 affectum istum auferendo HEC DIXIT supple Philosophia, sed quia parum est dicere nisi effectui demandetur subiungit OCULOSQUE MEOS rationem scilicet et intelligenciam' (17) FIETIBUS UNDANTES id est habundancia doloris oppressos SICCAVIT id est ab isto dolore purgauit et hoc fecit (18) VESTE id est arte philosophica CONTRACTA IN RUGAM id est coadunata per plures sentencias in unum uolumen sicut patet in libro isto.

[I m 3]

TUNC ME¹ metrum tertium, quod scribitur primo uersu dactilico exametro, de quo dictum est supra metro primo; secundo uersu

35 ibi om. Q 36 et ex C / 37 hoc Q / 38 nisi effectui demandetur C
 nisi effectum demandetur DP nisi effectum mancipetur vel demandetur R nisi ad effectum demandetur Pe ubi effectui demandetur J(effectui J) / 39 et intelligencie RP et intellectui Q intellectuum J / 40 hoc fecit ORP hoc ...fecit J /

1 tunc me CJ nunc me etc. R tunc mecum discussa PPe /